

Bourges C 13 (lat)

[ohne Titel]

|¹ Dum Dominus omnipotens^a creatur caeli^b et terrae, iuxta quod legitur, in principio masculinum et femina cupulae consortium sociavit, dum dicitur² *Non est bonum homine esse solum, faciamus ei adiutorem similem sibi*“; infundetque benedictione³ *Crescitae*“, inquit tamquam, „et multiplicatae et dominamini cuncta reptilia, que sub caelo^c sunt“; et salvator intonuit⁴ *Quam ob rem relinquit homo patrem et matrem et adherabit uxore suae, et erunt dui in carne una*“; et spiritus sanctus per sagrorum imperatorum^d sensit auctoritas^e ut^f non inceste vel inlicitae ad procreandum humani generis coniunctio fiat. Hoc consultum est, ut quicumque^g liberta persona de rebus propriis facultatis suae aliquid conferrae voluerit, hoc per seriem scripturarum laudabiliter debeat esse adlegatum adque subter firmatum, qui^h hac conditione et iurae postulat praetoriumⁱ et gestis requirit municipalibus.

Idcirco ego in Dei nomen **ille**^j Dum non abetur incognitum, quod ego te, dulcissima sponsa mea **illa**, per voluntate parentum tuorum sponsata habeo et, se Christo placuerit, ad coniugium te sociariae dispono, propterea pro amorae dulcedinis vel osculum pacis cedo^k tibi a diae praesentae^l cessumque in perpetuum |² esse volo et de meo^m iurae in iurae et dominationisⁿ tuae trado adque transfundo; hoc est res proprietatis meas, sitas in pago Biturigo, in vigarias^o **illas** et **illas**, in villa cuius vocabulum est **illa**, quantumcumque ibidem visus sum aberae, tres partis^p similiter et in villa cuius vocabulum est **illa**; similiter et in villa **illa**; pari modo et in vigaria **illa**, in villa noncupante **illa**; simili modo in vigaria **illa**, in villa **illa**. Haec omnia in ista loca superius conpraehensa^q tantas partis^r tam de alodae genitorum^s meorum quam et de adtracto, vel de quacumque modo ad me noscitur pervenisse; te^t dulcissima sponsa mea, [per]^u hanc cessionem unacum ipsas auctoritatis ante diae nupciarum – vel in diae – integras ipsas partis, de quacumque mea est possessio, publicae trado adque transfundo, cum casis, aedificies, curtiferis; et caedo tibi de mancipia **ill[um]** et **ill[um]**^v, de peculiaribus vero quadrupedia, greges armentorum duus cum ipso armesario, caballus **tantus**^w stratura condigna^x paria tantas de boves ad laborandum cum eorum escasso, waccas grege unocum eorum sequentes, vervices greges quattuor, sodes^y greges quattuor; dratpalia^z lectus vestitus **tantus**, vest[it]us^{aa} muliebrum^{ab} condignum^{ac} cum palius stauracius **tantus**^{ad} eramenaria^{ae} auri et argenti in solidos^{af} c^{ag} utensilia^{ah} ferrementum^{ai} |³ vel quicquid in domibus nubiliora^{aj} necessaria^{ak} sunt, usum^{al} totum cum integritatis, quem dinumerare per singulum longum^{am} est. Haec superius omnia conpraehensa^{an} te, iamdicta sponsa mea, ante dies nuptiarum^{ao} – vel in diae – tibi publicae trado adque transfundo solemniter^{ap} liberum exinde fruaris arbitrium et dominatione faciendo^{aq} quod elegeris. Licet namque in cessionibus poena adnecti minime sit necessitas inserendi, [s]et^{ar} pro studium firmitatis mihi placuit inadserere^{as} Si quis vero, quod absit, ullus de heredibus vel coheredibus meis vel quislibet ulla interposita persona contra hanc cessione dicerae aut agerae vel resultarae aut infringere voluerit, vel quislibet causatione suscitarae praesumpserit^{at} quis fecerit, parte, cui adtemptat, unacum sacratissimo fisco auri libras^{au} x^{av} – [a]ut^{aw} ponderae argenti – [conponat]^{ax} et haec cessione a me facta omni temporae inviolabilis obteneat firmitatem. Et ut mos et^{ay} lex est, gestis municipalibus volo esse adlegati^{az} adque adfirmata.

Stipulatione adnixa.

^acreatur] = creator

- ^bcaeli] coeli *emendiert Roz*
^ccaelo] coelo *emendiert Roz*
^dimperatorum] für imperatorem *Le₁*, so auch *Roz*
^eauctoritas] lies auctoritatem
^fut] für et *Le₁*, so auch *Roz*
^gquicumque] lies qu(a)ecumque
^hqui] lies quod (que); qui[a] *emendiert Roz*
ⁱpraetorium] = praetorium
^jille] iſ *Le₁*
^kcedo] caedo *Roz*
^lpraesentae] so *Le₁*; presentae *Zeü*
^mde meo] demeo (ohne *Spatium*) *Le₁*; *Zeü* liest für *Le₁* fälschlich *doneo* und *emendiert* zu *de meo*
ⁿdominationis] = lies *dominationibus* (hier *dominationis* = *dominationes* für *dominationibus*)
^ovigarias] = *vicarias*
^ppartis] = *partes*
^qconpraehensa] so *Le₁*; *conprehensa Zeü*
^rpartis] = *partes*
^sgenetorum] für *genetorem Le₁*
^te] lies *tibi*
^uper] *ergänzt*, fehlt *Le₁*, so auch *Roz*
^villum ... illum] iſſ et iſſ *Le₁*; *illa et illa ediert Roz*; *illum et illam ediert Zeü*
^wcaballus tantus] *caballos tantos emendiert Roz*
^xstratura condigna] lies *straturi condigni*
^ysodes] = *sues*
^zdratpalia] = *drappos*
^{aa}vestitus] für *vestus Le₁*
^{ab}muliebrum] = *muliebrem*
^{ac}muliebrum condignum] lies *muliebrem condignos*
^{ad}palius ... tantus] lies *pal(l)is stauraciis tantis; palliis stauracinis tantos emendiert Roz*
^{ae}eramenaria] = *aeramenta*
^{af}solidos] soſ *Le₁*
^{ag}c] *centum Roz*; *100 Zeü*
^{ah}utensilia] *ustensilia Roz*
^{ai}ferrementum] = *ferramentum*
^{aj}nubiliora] = *nobiliora; mobiliora emendiert Roz*
^{ak}necessaria] *necessarias emendiert Roz*
^{al}usum] [ad] *usum ergänzt Roz*
^{am}longum] für *logum Le₁*
^{an}conpraehensa] *conphensa Le₁*; *conprehensa ediert Zeü*
^{ao}nuptiarum] *nupciarum Roz*
^{ap}solemniter] *solenniter Roz*
^{aq}faciendo] lies *faciendi*
^{ar}set] für et *Le₁*
^{as}inadserere] so *Le₁*; *inadserere* = *inserere/asserere*
^{at}praesumpserit] so *Le₁*; *presumpserit Zeü*
^{au}libras] *liſ Le₁*
^{av}x] *decem Roz*; *10 Zeü*
^{aw}aut] für ut *Le₁*, so auch *Roz*; auch *Zeü* schlägt vor ut hier als *aut* zu lesen
^{ax}conponat] *ergänzt*, fehlt *Le₁*, so auch *Roz*, *Zeü*
^{ay}mos et] *verbessert aus mox Le₁*
^{az}adlegati] lies *adlegata*

¹[fol. 161^r]

²Gen. 2,18

³Gen. 1,28

⁴Gen. 2,24/ Matth. 19,5/ Marc. 10,7f.

⁵[fol. 161^v]

⁶[fol. 162^r]

Formulae Litterae Chartae

